4. 1719. Nov. 19.

32

15

Alphonſo de Vignoliis

S. P. D.

Theophilus Sigefr. Bayer

Cum Rastius Berolinum raptim concederet, dedi ei exemplaria mei libri de Eclipſi Sinica, vt amicis, tibi maxime, ſi nondum haberes, daret. Neſcio an in illo tumultu profectionis meum mandatum obſeruarit, certe ſpero tibi exemplar dediſſe. Ni datum ſit, mittam proxime. Interim aliquid a te litterarum exſpecto, quibus quid de tota illa ſententia tibi viſum ſit meo libro perlecto, praecipias. Est apud nos, qui in Chronologia inde ab Abrahami annis restituenda operam collocauit, qua nihil eſſe erroris a ſe relictum putat. De tua chronologia nihil iamdiu accepi. Vale. Regiomonte V. Id. Nouembr.

cIↃ IↃCC XIX.

Alphonso de Vignoliis
Viro Clariss.

Berolini

M. Beyer. 9 Novemb. 19.